

Sententiâ Pœta,
gentilis & Propheta.
Eheu mihi ter, eheu!
natale munus inde
non confici potestur.
Sic derogat facultas,
quod erogat voluntas.

*Iam derelictus omni
Ope, destitutus omni,
Horti vireta viso,
si nominandus hortus,
horti nec est abortus,
arbuscula pusilla
ramusculus pusillus,
& arca pusilla
acervulus pusillus,
quem de ssuario una
asportet Abra corbe.*

*Heic quero germinilla,
pretiosa germinilla,
Arabum beata tellus,
tellus Sabæa, tellus
& que Syrisca gignit:
Ægyptios per hortos
est quicquid invenire,
Adonidos per hortos
est quicquid invenire,
Panchaiæ per hortos*

*est quicquid invenire,
Canarios per hortos
est quicquid invenire.
Heic quero moly dium,
Nepenthes ac Homeri.
Heic quero gignit arbor,
Serum arbor aestimata,
lane quod aestimata,
ales quod Alchibubuch
excernit, illa cuitrix
Orbis recentioris,
recentioris Orbis,
Ambarq; balsamumq;
Crocumq; cinnamumq;
quicquid fragrantiorum
& est ubiq; florum,
quicquid fragrantiorum
aromatum ac odorum.*

*At nil fragrantiorum
aromatum ac odorum
florumq; adest ubiq;
nisi salviæ pusillum
in arca pusilla,
libanotidos pusillum
in arca pusilla,
& præter hanc & illam,
puertia flagella;
ferison & bocardo,*